

JOSEPHI SCALIGERI
LOCI CVIVSDAM
 GALENI DIFFICILLIMI
 EXPLICATIO Doctissima,
 Nunc primum in lucem edita.

Ex Musae

IACCHIMI MORSI.



LVGDVN: BATAVORVM
 Exudebat IACOBVS MARCI.

clx ioc xix,

Clarissimo Philosopho & Medico,

D.D. PETRO LAVREMBERGIO,

Professori in Gymnasio Hamburgen-
sium doctissimo,

Salutem ac Amorem perennem.

Mitto ad te, mi Ocelle, eruditissimam hanc loci
difficillimi Galeni interpretationem, quemad-
modum illa ad manus meas, ab Amplissimo
& Consultissimo Dr. FRIDERICO LINDE-
NPROGIO devenit; ut aurem tibi vellam de paren-
tis huius omnis sapientie ac doctrine promissa nova
Gracolatinâ editione, serio cum MSS. codicibus conlata,
infinitisque in partibus auctâ, emendatâ, & perpetuis
Commentarijs illustrata, quam iam dudum nobis debes.
Libera, libera, queso, tandem fidem tuam. Pariet, me
vate, hic labos tuos, immarcessibilem tibi perennis Glo-
riae coronam.

Omnia adsunt, nec quidquam defit, quod ab ullius
mortalis ingenio, & diligentia, ad tanti operis felicem
emplorationem expellantari potest. Et habes laboris tam pre-
clari socium domesticum eximium, Ioannem fratrem,
ne disciplinarum cunctarum, totiusque antiquitatis co-
gnitione; ita Græcarum literarum singulari peritiâ ex-
cellentissimum, cuius Græciam in horas expectamus,

DE D I C A T I O N E.

— monumentum ære perennius
Regali que situ Pyramidum altius,
Quod non imber edax, non Aquilo impotens
Possit diruere, aut innumerabilis
Annorum series, & fuga temporum.

Quod itaque restat, denuo communis Bonae Mentiis cul-
torum suffragio, te obtestor, imple vota nostra, prosperè
vix gere, & longum ex usu publico vive, vige, vire,
usci non immemor unquam festinabam propere Lugduni
Batavorum, Anno ære Christianæ M D G XIX.
xxix. Febr.

Tuys Tuorumque Totus

FIDE PRISCA

dum vita manebit,

I. MORSIVS.

JOSE

william de hamp. filius carmelius vixit, annis xviii
et xvii regni regis Henr. vii, interregno Cœlestis
et regno regis Edw. vi, anno xvij regni regis Henr. viii
postmodum iusticie causa mortuus, et sepultus est
in ecclesiâ cathedrali Westmonasteria, et sepulchrum eius
memoria obituariis inscriptum est. Et hoc est omnis
memoria eius, quod in Ecclesiâ cathedrali Westmonasteria
memoria obituariis inscriptum est.

JOSEPHI SCALIGERI

LOCI CVIVSDAM
GALENI DIFFICILLIMI
EXPLICATIO DOCTISSIMA.

Quartus locus πόδα λέγεται. Ait enim, si capax est θωραξ fuerit, hoc non solum τὸν αἰθρῶν πόδα μεγαλοφάνειαν efficere, sed etiam πλεῖστον φωνὴν διαμείνειν, ὥσπερ οἱ κήρυκες ὅπου τὸν καλύμενον πόδα λέγουσι. Sed & quando hoc sit, alibi non obscure designat, quamvis τῷ πόδὶ καλύμενη nomine non expresso, quum ait ὅπου μέλλοντες αἴρεται Φθέγγα, πλεῖστον εἰσπνέωσι. Certe præcones nunquam majore vocis contentionē utuntur, neque magis εἰσπνέουσι, aut τὴν Φθέγγα αἴρουσι, quam cum animos coronę silentio præparant, quod Facere audientiam Latini dicunt. Quando vero αἴρονται Φθέγγα, dicunt ἀκετῆ πᾶς, vel ἀκετελεῖς. Sed ἀκετῆ πᾶς est usitatus, quæ est διπδία sive πάς διπδία, ut dubitandum non sit hunc esse τὸν λεζόμενον πόδα. Omnis autem pes constat ex arsi & thesi. Præcones vero magno spiritu morabantur in arsi αἴρεται; ut non solum μεγαλοφάνεια, sed etiam πλεῖστον φωνὴν possent. Quod quidem omnes linguae in suis præconibns experiri poterunt, ut Gallois ore escoutez. Est enim διπδία, ut ἀκετῆ πᾶς. Et scimus quantum immoratur præco in arsi duarum priorum syllabarum, in qua maxima spiritus contentionē opus est. Ut hæc vera est interpretatio

quam attulimus, ita falsa illa Hieronymi Mercu-
ris, Medici maximi nominis, qui ut ejus verbis
loquar D I C E R E P E D E M nihil aliud esse pu-
tat, quam sono & cantu vehementissimo ad pedes
vel in pugna vel in cursu agendo monendos in-
flammare. Quæ verba quanquam homini latinè
intelligenti negotium facessere possunt, tamen
videntur hoc velle, nisi fallor, & verum est, ^{ad}
D I C E R E P E D E M esse ad cursum pedes inci-
tare. Quod perinde est, ac si **M A N U M D I C E R E**
effet manum ad pugillatum incitare. Quo non vi-
deo quid alienius à vero dici potuit, nisi forte
illud, quod paulo ante dixerat. Iam vero quid effet
V O C A T U M P E D E M D I C E R E quem de-
cantabant tibicines, tubicines, ac præcōnes, non
dum recte à quoquam explicatum observavi. Pu-
tat tibicines & tubicines dicere pedem. Sane di-
cere non possunt, nisi loquantur. Quomodo au-
tem loqui potest tibicen, quum tibiam; & tubi-
cen, quum tubam inflat? Certe in veteri prover-
bio est: *simul flare & sorbere difficile est*, ut me-
hercule loqui, & tuba canere. Sed male concepit
verba Galeni sui, qui nihil tale περιπλογῇ. δέοντος
αὐτῆς μάλιστα μὲν αὐλαῖται, Εἰ παλαισταὶ, Εἰ κήρυκες,
ἔτι τοι καλύμενοι πόδα μέλλουσι ἐρεῖν. Opus habent
ea (τῶν Φρεγών Εἰ τῇ θέσει) tum tibici-
nes, quum inflant tibias, & palæstritæ cum spiri-
tum cohibentes inflant corpora, tum etiam præ-
cōnes, quum dipodium solitam pronunciant.
Oro illum, dicat nobis, quid opus palæstritæ pe-
dem dicere, cuius actio non est loqui, aut tibicini
qui tibiam inflans non potest loqui? Quod vero
Pollucis locum, quem producit, de hoc pede, de
quo

quo loquitur Galenus, putat agere, frustra quoque est. Verba Pollucis ex XII. cap. lib. IIII.
 Καὶ λιγάνισμα σύλπυγος πετεῖται προς εἰς δέ φιλοποιίαν τῶν ἐπ' αὐτῷ πεσελθόντων, ὅπερ καλούμενος πόδες ἐνορθεύουσιν, ἐλεγχον ἔχοντες εἰς μῆκος πενήντα πόδων, καὶ πολλῶν τῶν περιττῶν νεώτεροι αἰνιδομηνέοντες ἐκδοῦσι Λαφύεις πιὸς δεομένων. hoc est: Erat etiam tubæ certamen vetustius. Ad gratificandum autem eis qui ad hoc certamen descenderunt, legibus instituti sunt pedes, quos vocant, quibus longitudo spiritus deprehenditur. item elocatio multorum ædificiorum circa templa immolitorum, quæ quidem fuerint juris controversi. Galenus loquitur de præconibus, Pollux de Salpictis, hoc est de Tubicinibus. In Galeno opus est præconi voce ad pedem dicendum, in Polluce Tubicini opus tuba ad experiendum artem. In Galeno de voce præconis agitur, hic vero de privilegiis Salpictarum, ad quos ad hoc certamen invitandos legibus comparata dicuntur intervalla aliquot pedum excipienda, ne intra ea alicui immoliri aut ædificare fas esset. à loco nempe ubi certamen committebatur, ad tot pedum intervallum, in quantum spiritus flantis tubam extendi posset. Nam vix credibile est quam in longum spiritus tubicinis porrigitur: quod, ne quid de experientia profetam, maxime confirmatur exemplo illius nobilis tubicinis Herodori Megaren sis, qui cum tubam flaret, vehementia spiritus tanquam turbo circumstantes summovebat. In gratiam igitur salpictarum, à loco commissionis tantum areæ puræ relinquuntur legibus, quantus est ἐλεγχός γραμμάτων εἰς μῆκος. Præterea, quū omnia ædicia, quæ circa

circa tempula immolita sunt, intra intervallum, quod legibus ædificiorum exceptum est, æratio Pontificum vindicentur, eorum elocatio & reditus cedebat commodis salpictarum, ut ex ea pecunia post commisionem certaminis, in communice, aut per contubernia vescerentur. Nam ea verè sacra sunt ludicra, quorum vñctores habent στήσιν in publico. Ut igitur & salpicis esset στήσις, ea legibus ex locatione illorum ædificiorum cava ta est. Quod si quid esset φιλοπρία animadversum illi esset, numquam πόδες arearum, cum pede aut dipodia præconis confudisset. Sed multa illi docto medico, tum in illis Varijs Lectionibus, tum in Agonistico exciderunt, quæ partim vulgarissima sunt, quum tamen nova se proferre putet, partim falsa: qualia quæ Mureto obijcit de Theriaca, nobis de aquâ petendâ, de Corybantiasino: & denique maior pars illarum lectionum, ut aliquando ne videamur ακοφατεῖν, illi aperiemus, eiusmodi est, ut melius fuerit nihil scripsisse. In verbis Pollucis pro ἐνθέτησι legimus ἐν μοθέτησι, ἔκδοσις non ἔκδοσιν, δεουμένων non δεουέρων: Illi pedes, intra quos ædificare lege prohibebatur, in veteribus Atheniensium legibus dicebantur πόδες αγοραյ. Et lex Solonis etiam in Pandectis Iustiniani extat de pedum intervallis in ædificijs, quam legem etiam in xii. Tabb .x. viri transculerunt.

F I N I S.